fructuosos. Meminerat enim et per aggeum dominus locutus est. quo quarto
et vicesimo noni mensis ad diem quo fundatum est templum domini omnipoten
tis. vinea in qua est ficus et mala granata et ligna olive que non afferret
fructum. ex hac die benedicam. quo revelatur sub ipsum anni vergen
tis occasum. hoc est seculi iam senescentis occiduo. semen dei templum quod est
ecclesia esse condendum. cuius gratia per sanctificationem lavacri. iudeorum natio
numquam ipsi. fructum suorum possint habere meritorum. Ergo per naturam
arboris synagoge species indicatur. sed is parentibus fructuosa.
Nos enim ex patrum semine. Merito quoque iudei grossis labentibus compa
rantur. quod in crassato corde et pro dura cervice ad paenitentiam superve
nire non possent. Ceterum si moriantur et quasi decidant huic mundo. ut in in
teriore homine per lavacri gratiam renascantur. erunt utique fru
ctuosi. Perfidia autem hominum pertinacium synagogam inutilem fecit. et ideo
quasi sterilis videtur excidi. Quod de iudeis dictum omnibus cavendum arbi
tror. et nobis maxime ne fecundum ecclesie locum vacui meritis occu
pemus. qui quasi mala granata benedicti fructus ferre debemus interiores.
fructus pudoris. fructus coniunctionis. fructus mutue caritatis
et amoris. sub uno utero ecclesie matris inclusi. ne aura noceat ne
grando decutiat. ne estus cupiditatis exurat. ne humoris imber
elidat. Nonnulli tamen ficum istam per allegoriam non synagoge sed malitie
et improbitatis figuram putant. hi tamen in nullo distant. nisi quod per spe
ciem genus eligunt. Id autem cavere se dicunt. quod dominus dixit ad ficum. num
quam ex te fructus nascatur in sempiternum. cum utique plurimos ex iudeis
credidisse et credituros esse noverimus. Sed qui credit. non synagoge iam fru
ctus est sed ecclesie. nec ex synagoga nascitur qui renascitur in ecclesia. Sic enim
et qui ex nobis exierunt. sed non erant ex nobis. si enim ex nobis essent nobiscum
mansissent. sic de his qui ex iudeis credunt dicimus. quia si ex synago
ga essent in synagoga manerent. sed ideo exierunt de synagoga.
ut ex ea non fuisse credantur. Deinde per malitiam non inveniret aliquis. et di
ceret excolendam ut fructum afferret. cum ideo venerit dominus ut se